

§. III.

Forma hujus Sacramenti.

Deo tertio, formam Sacramenti Extreme-Unionis in verbis illis consistere: Per istam sanctam Unionem, & suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus quicquid deliquisti per visum, auditum, tactum, gustum, & olfactum. Patet ex Florentino in Decreto Eugeni, ubi haec forma traditur, & ex praxi universalis Ecclesiae, quae in materia & forma Sacramentorum errare non potest.

Sed difficultas est & controversia inter Theologos an forma hujus Sacramenti necessario & essentialiter deprecativa esse debeat, subindeque conferri non possit sub forma indicativa, dicendo Ungo te oleo sancto, &c. Ratio dubitandi est, primo quia Ecclesia Mediolanensis temporibus Divi Ambrosii utebatur ista forma indicativa: Ungo te oleo sanctificante, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more militum, uncti prepararentur ad certamen, ac veras possent superare periculas. In libro quoque Sacramentum Veneto, confirmato per Leonem X. forma est indicativa, Ungo te oleo sanctificante, &c. Item antiquum Rituale apud Menardum in observationibus ad Gregorii Sacramentarium adjectis, habet hanc formam: Ungo oculos tuos de oleo sanctificato, ut quicquid illicito visu deliquisti, huius olei unctio expietur per Dominum nostrum Jesum Christum. Ungo aures has sacris olei liquore, ut quicquid delectatione nociva auditus admisum est, medicina spiritalis evacuetur. Ungo has naves de oleo sacro, quicquid in contrahendo est odoratu superfluo, ista unctio medicatio. Ungo labia ista consecrati olei medicamento, ut quicquid otiosa vel criminosa peccasti loquutione, divina clementia misericorditer expietur hac unctio, &c.

Secundo, quemadmodum ex verbis illis Christi, Baptizantes eos in nomine Patris, &c. colligit Ecclesia illam formam Baptismi, Ego te baptizo, & ex illis: Quorum remiseritis peccata, formam Sacramenti poenitentiae, Ego te absolvo, quae sunt indicativa, ita & ex illis Jacobi, Unctio cum oleo, forma similiter indicativa colligitur.

Tertio, si forma hujus Sacramenti necessario & essentialiter sit deprecativa, non erit valida, nisi includat id quod est essentia orationis, nimirum interam attentionem ad Deum, subindeque cum Sacerdos erit mente distractus, non conferret valide hoc Sacramentum.

Haec cum in aliis Sacramentis forma indicativa sufficiat, cur non etiam sufficiat in Sacramento Extreme-Unionis?

Propter haec argumenta Albertus Magnus, Durandus, Paludanus, & Richardus existimant indicativam formam esse sufficientem: idque probabile esse dicunt Navarrus in Summa cap. 22. num. 15. & Becanus de Sacram. c. 27. quest. 4. Reliqui tamen Theologi affirmant ad validitatem hujus Sacramenti requiri formam deprecativam; quae opinio multo probabilior est, & docetur ex praefata D. Thoma hic qu. 29. art. 8. ubi sic concludit: Ideo in Sacramento hoc non potest esse forma indicativa, sicut in aliis Sacramentis. Est etiam conformior verbis D. Jacobi, Orent super eum; tametsi enim hujus Sacramenti forma, oratio alluenda dici possit, quamvis non esset deprecativa; magis tamen proprie & communiter, juxta sensum fidelium, oratio pro deprecatione sumitur.

Potest etiam hac sententia suaderi triplici ratione seu congruentia, quam assignat Divus Thomas articulo citato. Prima est, quia hoc Sacramentum conferretur moribundis, qui cum sint propriis viribus destituti, indigent orationibus sublevari. Secunda, quia hoc Sacramentum datur tantum illis qui ex loco hujus Ecclesiae commigrati sunt in forum aetheris vitae, & in sola Dei manu ac misericordia requiescunt; subindeque commendandi sunt Deo, in cuius forum transeunt, & divina misericordia oratione pro ipsis imploranda est. Tertia, quia per hoc Sacramentum precatur infirmo aliquem effectum, quem non semper expedit illi conferri, ut est sanitas corporis, unde debuit deprecative per hoc Sacramentum a Deo peti.

Addit Nugno quartam rationem, ob quam existimat hanc sententiam non solum esse probabiliorum, sed omnino certam: Nullum enim Sacramentum, inquit, habet duas formas specie diversas: Atqui si forma indicativa ad valorem Sacramenti Extreme-Unionis sufficeret, haberet duas formas specie diversas, nempe formam deprecativam & indicativam, quae specie differunt, cum deprecativa sit pro modum supplicantis, indicativa vero pro modum potentiam exercentis, qui modi sunt valde inter se diversi: Ergo, &c.

Verum hic discursus non arguet, & manifestam habet instantiam in Sacramento Confirmationis, quod valide a Graecis ministratur sub forma substantialiter & specie diversis ab ea quae Ecclesia Romana utitur, ut ostendimus in Tractatu de Baptismo & Confirmatione disp. 6. art. 2.

§. 6. in fine. Similiter Sacramentum Ordinis valide conferretur sub materia specie diversa; nam in Ecclesia Latina Sacerdotes initiatur per contactum calicis & patenae; in Graeca vero per solam manuum impositionem; ut in Tractatu de Sacramentis in communi disp. 1. artic. 5. ostenduntur. Eadem in sententia D. Thomae (ut in Tractatu de Eucharistia demonstravimus) omnia verba quae profertur in consecratione calicis, non solum sunt de integratie, sed etiam de essentia formae; & tamen in aliis Liturgiis plura ex verbis illis omittuntur vel mutantur substantialiter, ut ibidem ostendimus: quare valde probabile est, Christum aliorum Sacramentorum formas, vel materias determinasse solum in genere, & potentiam eas determinandi in specie suae Ecclesiae reliquae; unde orta est diversitas illa formarum, diversitatis autem ordinandi Sacramenta aliqua in Latina & Graeca Ecclesia, substantialiter & specie diversi. Cur ergo idem non possit dici de Sacramento Extreme-Unionis, illud nimirum valide conferri posse per formam deprecativam & indicativam, quamvis illa specie differant; ideoque in Ecclesia Mediolanensi & Veneta, sub forma indicativa olim valide fuisse collatum, quamvis in aliis Ecclesiis sub forma tantum deprecativa ministrata soleat? Non ergo omnino certum & evidens est, ut ait Nugno, Sacramentum Extreme-Unionis sub forma indicativa prolatum, esse invalidum; sed duntaxat probabilius, & verbis Divi Jacobi, & hujus Sacramenti naturae & institutioni conformius: cum enim Sacramentum Extreme-Unionis sit complementum Sacramenti Poenitentiae, qui est ad tollendum reliquias peccatorum, & quasi poenitentia infirmorum, in eo differt ab ipso, quod cum in Sacramento Poenitentiae requirantur opera laboriosa ex parte suscipientis, videlicet confessio & satisfactio, ibi est iustitia & misericordia. At vero in Extreme-Unionem, cum ipsam suscipientes non possint jam facere operam poenitentiae, remissio eorum quae dicuntur reliquias peccatorum, fit ex sola Dei misericordia, quae proinde oratione imploranda est. Unde

Ad primum contrariae sententiae fundamentum dicendum est, praedictas formas Ecclesiae Mediolanensis & Venetae, non fuisse indicativas, sed deprecatorias; in illis enim facile intelligi potest ineffe deprecatio, cum dicitur: ut more militum uncti. (Id est scilicet ope ac beneficio) aereas possit superare periculas; potest enim haec propositio intelligi optative, quasi diceretur: Ungo te oleo sanctificato, orando ut ope divina possis aereas superare potestates. Verbo ergo valeas, seu possis, est deprecativum, quod conjungitur cum sequentibus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & reddidit formam deprecatoriam, quia addit illi Divinum Numen, ut principalem causam, in cuius virtute & auxilio debet infirmus sacro oleo inunctus victoriam sperare de suis hostibus in eo agone acriter illum impugnantibus. Unde verba illa indicativa modi, Ungo te, &c. non sunt forma hujus Sacramenti, sed fuit dispositio ad formam, in quantum intentio ministrantis determinatur ad actum illum per illa verba, ut ait Divus Thomas hic quest. 29. artic. 8. ad 3.

Ad secundum, nego paritatem. Ratio disparitatis est, quia Divus Jacobus immediate ante verba illa, Ungo te cum oleo, dicit, Orent super eum; quod tamen non habetur in aliis locis citatis de Baptismo, & de Poenitentia.

Ad tertium nego sequelam, quia efficacia Sacramenti non pendet ab oratione Sacerdotis, ut est opus operantis, sed ut est Sacramentalis, & ut habet valorem & efficaciam ex merito Christi, in cuius persona haec oratio a Sacerdote profertur; unde quamvis sit mente distractus, immo quamvis sit peccator, semper exauditur, & suum effectum habet, dummodo habeat intentionem administrandi Sacramentum, & sciendi quod facit Ecclesia.

Ad quartum ex dictis patet disparitas quae reperitur inter Sacramentum Extreme-Unionis, & alia reliqua enim Sacramenta, quia effectus conferuntur per spirituales, quos semper expedit suscipienti conferri (nempe gratiam sanctificantem, vel ejus augmentum, peculiaris auxilia ad fines Sacramentorum facilius consequendos, characteres in anima indelebiles) formas habent indicativas, & a ministro ut potentiam exercentem conferuntur. Contra vero cum per Sacramentum Extreme-Unionis interdum conferatur infirmo aliquis effectus quem non semper expedit illi conferri, nempe sanitas corporalis, debet ejus forma per orationem deprecativam modi offerri, ut, si expedit, Deus hunc effectum producat.

Quaes: utrum omnia verba in forma consueta hujus Sacramenti contenta, sint de ejus essentia?

Respondio negative. In primis enim non est necessarium illud adjectivum sacrum, seu sanctum, quod Rituale communiter addunt, cum illud non addat Florentinum, Similiter videtur quod ista verba, per suam piissimam

DISPUTATIO II.

De effectibus hujus Sacramenti.

Solum difficultas est & controversia inter Theologos de primario, ac principali hujus sacramenti effectu; hoc enim explicato alii effectus secundarii, & minus principales facile intelliguntur. Unde fit

ARTICULUS I.

Qui sit proprius ac primarius hujus Sacramenti effectus?

Certum est, proprium ac primarium hujus Sacramenti effectum esse tollere reliquias peccatorum, seu quod idem est causare gratiam quae tollantur reliquias peccatorum; ita enim docent Theologi post Trident. sess. 14. de Sacram. Extreme-Unionis cap. 3. ubi ait quod res seu effectus hujus Sacramenti, gratia est Spiritus Sancti, cuius unctio delicta, si qua sint adhuc expanda, ac peccata reliquias absterge. Verum in explicando quid per reliquias peccatorum veniat intelligendum, inter se differunt, & in tres dividuntur sententias. Prima asserit, per reliquias peccatorum intelligi peccata quae interdum relinquuntur in anima post confessionem, & communionem infirmi, si ve quia per inadvertentiam omnia sunt in confessione, si ve quia post illam, & Viatici functionem fuerunt commissa, subindeque gratiam horum peccatorum remissivam, esse propriam ac primarium hujus Sacramenti effectum. Ita Bellarminus c. 8. de Extreme-Unionem, Amicus hic disp. 19. sect. 6. & alii ex Recentioribus.

Secunda docet reliquias peccatorum esse peccata venialia nondum remissa, atque ita remissionem venialium esse primarium hujus Sacramenti effectum, significatum verbis illis D. Jacobi, si in peccata sit, dimittentur et. Ita D. Bonaventura, Scotus, Durandus, Richardus, & alii antiqui Theologi, quos ex Recentioribus sequuntur Emmanuel Sa verbo Extreme-Unio num. 16. & Navarrus in Summa cap. 22. qui hanc sententiam communem appellat.

Tertia existimat, peccatorum reliquias nihil aliud esse, quam torporem quandam, & languorem, seu debilitatem ad operandum bonum, causatam partim ex praecedentibus peccatis, mediantibus pravis habitibus ac dispositionibus ex illis relictiis, partim ex ipsa corporis infirmitate, partim ex praecedentium peccatorum recordatione & imminenti mortis propinquitate, partim denique ex terrificis demonum illusionibus & tentationibus; atque adeo augmentum gratiae, cum jure ad specialia auxilia quibus homo confortetur ad eliciendos actus supernaturales, & vincendas in ultimo illo agone demonum tentationes, esse proprium ac primarium hujus Sacramenti effectum. Ita D. Thomas hic qu. 30. art. 1. ejusque Discipuli, quos sequitur Valencia hic disp. 8. qu. 1. puncto 3. Unde fit

S. I.

Rejicitur una prima sententia, & tertia ut verior & probabilior eligitur.

Deo primo, effectus proprius & magis principalis Extreme-Unionis non consistit in remissione peccatorum ex inadvertentia in confessione omisitorum, aut post illam & communionem infirmi commisorum.

Probatur primo: Peccata ex inadvertentia in confessione a moribundo omisa, vel fuit mortalia, vel fuit venialia: sed Sacramentum Extreme-Unionis non est per se primo institutum ad remissionem peccatorum mortalium aut venialium; Ergo effectus proprius & principalis illius, non est remissio peccatorum ex inadvertentia in confessione omisitorum, aut post illam & communionem commisorum. Major patet, Minor etiam sequitur partem consistit ex dicendis conclusionem sequenti, probatur vero quantum ad primam rationem quam insinuat D. Thom. loco citato, his verbis: Adhibetur hoc Sacramentum (Extreme-Unionis) secundum modum cursum medicamentis, sicut Baptismus per modum abluentis: medicamentum autem est ad tollendum infirmitatem, unde hoc Sacramentum principaliter est institutum ad sanandum infirmitatem peccati, ut sicut Baptismus est quaedam spiritalis regeneratio, & sanitas quaedam spiritalis sanitatio, ita & Extreme-Unio sit quaedam spiritalis sanitatio, vel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio praesupponit corporalem vitam in medicato, ita spiritalis sanitatio; & ideo hoc Sacramentum non datur contra defectus quibus spiritalis vita solitur, scilicet contra peccatum originale vel mortale; sed contra illos defectus, quibus homo spiritaliter infirmatur, ut non habeat perfectum vigorem ad actus vitae gratiae vel gloriae. Et hic defectus nihil aliud est, quam quaedam debilitas & ineptitudo, quae in nobis relinquatur ex peccato actuali vel

suam misericordiam, non sint de essentia cum verbum indulget satis exprimat actum divinae misericordiae. Non sunt quoque in forma Sacramenti Extreme-Unionis essentialia illa verba, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sicut in forma Sacramenti Confirmationis, quia in Sacramento Extreme-Unionis fideles non ununtur ad defendendam contra hostes fidei veritatem mysterii Trinitatis, ut in Sacramento Confirmationis. Expressio vero quinque sensuum in particulari, est de essentia formae, cum de essentia hujus Sacramenti fit quod omnes sensus inungantur, ut §. precedenti ostensum est. Necessarium ergo & essentialiter solum esse videtur, ut exprimat unctio quicquid sensuum facta in nomine Domini per orationem deprecativi modi. Multi etiam existimant, Sacramentum Extreme-Unionis sub illa forma collatum: Per istas unctioes, & suam piissimam misericordiam, indulget tibi Deus quicquid deliquisti per visum, auditum &c. esse validum. Probabilius tamen est, illud esse invalidum: quia cum diversis & distincta materiae partiales, videlicet quinque unctioes omnium sensuum, sint de essentia hujus Sacramenti, ipsae siue quoque forma partiales correspondere debent. Tum etiam quia quilibet ex eis suam habet specialem formam partialem.

§. IV.

Corollaria precedentis doctrinae.

EX dictis supra facile colligi potest hujus Sacramenti definitio, hic enim potest definiti verbi descripti: Extreme-Unio est signum sacrum & efficax gratiae, in unctio infirmorum, sub praescripta verborum forma, ad sanitatem mentis & corporis a Christo institutum. Quae definitio sufficienter manet explicata ex supradictis, & magis consistit ex dicendis articulo sequenti.

Colligat etiam ex dictis, Extremam-Unionem esse unum specie atoma Sacramentum; unitas enim Sacramenti desumit debet ex unitate finis ad quem ex Christi institutione ordinatur: Sed licet in Extreme-Unionem sint plures unctioes partiales, & plures formae partiales, illa tamen ordinantur ad unum finem, & ad unum effectum, nempe ad tollendum omnes reliquias peccatorum, quae ex sensibus oriuntur, & animam depriment: Ergo est unum specie Sacramentum, sicut diximus in Tractatu de Eucharistia, disp. 2. art. 2. Eucharistiam, etsi consistat duabus speciebus, & formis partialibus, esse tamen unum specie Sacramentum, quia haec ordinantur ad unum finem, nimirum ad unam refectionem integram spirituales. Unde D. Thom. hic qu. 19. art. 2. ad 1. Unitas rationis perfecti non tollitur propter diversitatem materiae & formae quae est in partibus totius; sicut constat quod non est eadem materia carnis & ossis ex quibus constituitur unus homo, nec eadem forma; similiter etiam in Sacramento Eucharistiae, & in hoc Sacramento (Extreme-Unionis) pluralitas materiae & formae unitatem Sacramenti non tollit. Item in corpore articuli haec scribit: Quando praefata significatio non potest esse nisi per plures actiones, tunc plures actiones sunt de perfectione Sacramenti; sicut patet in Eucharistia, quia res solutio corporalis, quae significat spirituales, non potest esse nisi per cibum & potum. Et simile est in hoc Sacramento, quia curatio interiorum vulnerum non potest perfecte significari, nisi per applicationem medicinae ad diversa vulnerum radices, & ideo unctioes sunt de perfectione hujus Sacramenti.

Dices: Statim quando fit prima unctio, significat & causat gratiam & remissionem peccatorum, ut ex ipsa forma constat: Ergo prima illa unctio est vere Sacramentum, & per consequens Extreme-Unio constat pluribus Sacramentis, sicut constat pluribus unctioibus.

Respondio primo negando Antecedens: nam, ut infra dicemus, gratia non producitur nisi in ultima unctioe, quia ante ultimam unctioem Sacramentum non est essentialiter completum, cum de essentia hujus Sacramenti fit quod omnes sensus inungantur, ut constat ex dictis articulo precedenti.

Respondio secundo, dato Antecedente, negando Consequentiam, esto enim quod prima unctio causet gratiam & remittat peccata, hoc tamen non praestat nisi in ordine ad alias unctioes sequentes; unde non sequitur quod secundum se sit Sacramentum, sed simul cum aliis unctioibus.

Inhibis: Si quando baptismus fit triplici immersione, quolibet immerio haberet formam distinctam, tres immeriones essent tria Sacramenta: Ergo cum quilibet ex quinque unctioibus habeat suam propriam formam, quilibet est Sacramentum.

Respondio, dato Antecedente, negando Consequentiam & paritatem. Distinguen est, quod quilibet immerio cum sua forma significat perfecte totum effectum Baptismi: at vero non quilibet unctio cum sua forma, significat totum effectum Extreme-Unionis, si solitarie consideretur, sed solum cum aliis.

originali, & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum. Quae ratio potest sic breviter proponi: Sacramentum institutum per modum medicinae, non est per se primo institutum ad tollendam illam defectum quo spiritus vitalis tollitur; quia sicut medicamentum corporale vitam corporalem supponit, ita spirituale spirituum: Sed per peccatum mortale, tollitur vita spiritualis animae: Ergo Sacramentum Extreme Unctionis, quod per modum spiritualis medicamenti se habet, non est institutum per se primo ad remissionem peccati mortalis.

3. Confirmatur: Effectus proprius & primarius eorum Sacramentorum, quae Sacramenta vivorum appellantur, non est remissio peccati mortalis, seu prima gratia, sed augmentum eius, ut patet in Eucharistia & in Confirmatione: Sed Extrema Unctio est Sacramentum vivorum, ut docent communiter Theologi, duo tantum Sacramenta pro mortuis peccati assignantes, videlicet Baptismus & Penitentiam: Ergo effectus proprius & principalis illius non est remissio peccati mortalis. Quare D. Jacobus huius Sacramenti effectus declarat, de remissione peccatorum loquitur conditionate dicens, si in peccatis sit, remittitur ei, quia nimirum remissio peccatorum non est effectus primarius, sed dumtaxat secundarius huius Sacramenti, pro accidentis ei convenientis, sicut Eucharistiae & Confirmationis, alique Sacramenti vivorum, quod conferendo gratiam obtem non ponentibus, consequenter etiam & per accidentis, per illam remittuntur peccata inculpabiliter ignorata. Unde D. Thom. art. cit. postquam dixit quod homo per Sacramentum roboratur contra debilitatem ex peccato relicta, subdit: Sed quia hoc robor gratia facit, quae factum non comparatur peccatum, id est ex consequenti, si invenit peccatum aliquod, vel mortale, vel veniale, quoad culpam, tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, sicut etiam de Eucharistia & Confirmatione supra dictum est.

4. Probatur secundo conclusio: Hoc Sacramentum, ex Trident. supra citato, institutum est ad tollendas reliquias peccatorum: Sed peccata ab infirmo post confessionem & Viaticum commissa, non possunt dici reliquias aliorum peccatorum quia ipsi per confessionem remissa sunt: Ergo Sacramentum Extreme Unctionis non est per se primo institutum ad remittenda peccata post confessionem & Viaticum ab infirmo commissa. Major patet, Minor probatur. Ut aliquid dicatur esse reliquia alterius, non sufficit quod illi succedat, sed requiritur insuper quod sit pars vel effectus illius; nox enim v. g. succedit diei, & dies nocti; & tamen nec nox potest dici reliquia diei, nec dies noctis; e contra vero partes ciborum quae ex prandio remanent, dicuntur reliquiae prandii; ossa, caput, & aliae partes corporis Sanctorum, eorum reliquiae appellantur; languor, debilitas, macies, & pallor, quae ex aegritudine relinquuntur, morbi reliquiae appellantur, quia sunt effectus illius; demum Sacramenta vocantur a D. Thoma in prologo lib. 4. sententiarum ad Annibaldum, quaedam divina incarnationis reliquiae, quia a Verbo Incarnato, & a latere Christi in Cruce morientis profluxerunt, ut rivuli a fonte, & effectus a causa: Sed peccata ab infirmo post confessionem & Viaticum commissa, non se habent ad alia per confessionem remissa, ut partes ad totum, vel ut effectus ad causam, cum sepe nullam cum illis habeant affinitatem vel connexionem, sed sint omnino disparata, & ab illis independentia: Ergo praecedentium peccatorum reliquiae vocari nequeant, sed potius nova & distincta peccata dici debent.

5. Dico secundo: Effectus proprius & magis principalis Extreme Unctionis, non consistit in remissione peccatorum venialium. Ita D. Thom. art. cit. ubi sic ait: Quidam vero dicunt, quod principaliter est infirmitas (Sacramentum Extreme Unctionis) contra venialia &c. Sed hoc non videtur verum, quia venientia sufficit, etiam in hac vita, delecta venialia peccata quoad culpam. Ex 3. parte quest. 65. art. 1. ad 5. Ad delationem venialium peccati, inquit, non requiritur infusa gratia: unde cum in quolibet Sacramento nova legis gratia infundatur, nullum Sacramentum nova legis instituitur directe contra veniale, quod tollitur per quaedam Sacramentalia; puta per aquam benedictam, & alia huiusmodi.

6. Hoc duplici D. Thoma testimonio continentur quae rationes fundamentales nostrae conclusionis, quibus addo quod in forma istius Sacramenti ponitur universaliter, Quisquid deliquisti. Ergo non magis ordinatur ad delenda peccata venialia, quam mortalia. Adde insuper, quod si proprius effectus huius Sacramenti esset remissio venialium, posset illud conferri etiam sanis, cum etiam sani egent venialium remissione.

7. Nec valet quod dicitur Adversarii, nempe hoc Sacramentum institutum esse ad remittenda venialia in egressu tantum vitae, quia institutum est in perfectam peccatorum venialium curationem, quae quoad vitam praesens durat, fieri nequit, ob necessitatem quaedam peccandi venialiter quomodo patitur homo. Non valet, inquam. Primo, quia venialia etiam in fine vitae remitti possunt per

penitentiam. Secundo, quia quando aliquod Sacramentum instituitur ad remittenda peccata, non respicit per se tempus futurum & praeteritum; nec ad illud applicandum necessarium est quod talia peccata iterum committi non possint, sed satis est quod sint commissa, & quod possint deleri. Tertio, quia ex hac responsione sequetur, hoc Sacramentum conferri posse damnatis ad mortem, cum illi sint in egressu vitae, postquam peccata venialia non iterantur. Sequeretur etiam Sacramentum Extreme Unctionis non debere ministrari nisi in extremo vitae articulo, quando creditur simul cum eo vitam finientem esse, alias enim poterit infirmus post eius susceptionem adhuc peccare venialiter: Sed hoc diei nequit, debet enim ministrari Extreme Unctio cum adhuc vigent sensus, & sperari potest, quod vita adhuc durabit naturaliter per aliquod notabile tempus. Ergo &c.

Dico tertio, primarium & proprium effectum huius Sacramenti esse augmentum gratiae habentis jus speciale ad auxilia, quibus infirmus confortetur & roboretur contra languorem & debilitatem ad operandum bonum, partim ex peccatis praecedentibus, partim ex infirmitate relicta, & juvatur ad elidendum actus supernaturales, & ad vincendum demonis tentationes in ultimo illo agone occurrentes. Est etiam D. Thom. art. citato ubi ait, hoc Sacramentum institutum esse contra illos defectus quibus homo spiritualiter infirmatur, ut non habeat perfectum vigor ad actus vitae gratiae vel gloriae, & hic defectus nihil aliud est quam quaedam debilitas & ineptitudo quae in nobis relinquuntur ex peccato actuali vel originali: & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum. Similia habet Trident. sess. 14. cap. 2. ubi ait, quod res & effectus huius Sacramenti, gratia est Spiritus Sancti, cuius unctio delicta, si qua sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & aegros animam alleviat, & confirmat, magnam in eo divina misericordia sublevari excitando; quae infirmis sublevaris, & morbi incommoda ac labores levius fert, & tentationibus demonis calcano insidiantis facilius resistit &c. Alludendo ad illud Genes. 3. de muliere demoni dictum sub figura serpentis: Ipsa conseret caput tuum, & in insidiaberis calcaneo ejus: quasi per calcaneum significetur finis vitae, in quo demon acrius hominem inseditur. Quamvis Augustinus Concione 1. super Psalm. 43. per calcaneum intelligat consensum quo peccatum in nobis committitur, sicut per caput initium suggestionis quo suscitatur.

Potest etiam conclusio hac ratione studeri: Effectus proprius huius Sacramenti est tollere reliquias peccatorum, ut ait Tridentinum verbis iam relatis: Sed per reliquias peccatorum nihil aliud intelligi potest quam praedictus animi languor & debilitas ad operandum bonum: Ergo proprius effectus huius Sacramenti est gratia roborans & confortans contra talem languorem. Major patet, Minor probatur. Praeter illum languorem nihil invenitur quod ex peccatis relinquatur in anima, nisi aut ipsa macula, aut reatus poenae aeternae, vel obligatio ad poenam temporalem, quae relinquuntur post remissionem culpam, & poenae aeternae reatum, aut habitus vitiosus, vel fomes peccati, vel quaedam proclivitates ad peccandum, ex peccatis praecedentibus relictae: Sed per reliquias peccatorum nihil horum potest intelligi: non quidem macula, aut reatus poenae aeternae, quia haec tolluntur per Sacramentum penitentiae, quod etiam secundario ordinatur ad remittendam poenam temporalem. Nec etiam habitus vitiosus, aut fomes peccati, cum illa remaneant post convalescentiam in infirmo, qui Extreme Unctionem suscipit; nec habitus vitiosus tolluntur nisi per actus oppositos saepe repetitos. Nec demum proclivitates ad peccandum: tum quia non esset locutus Apostolus sub conditione, si in peccatis sit, sed absolute, cum nemo sit sine proclivitate peccandi: tum etiam quia tantum abest, quod ille proclivitates tolli videantur per Sacramentum Extreme Unctionis, quinimmo plarim, qui iam accepterunt hoc Sacramentum, cum convalescant, vivunt multo pejus quam ante: Ergo per reliquias peccatorum, nihil aliud intelligi potest, quam praedictus languor ad bene operandum, ex peccatis praecedentibus relictus.

Alia ratio desumpta potest ex materia & forma huius Sacramenti: Forma enim deprecatoria significat necessitatem divini auxilii ad roborandum infirmum contra languorem ex peccatis praeteritis, & praesenti infirmitate relicta, & ad superandas demonis tentationes, quibus tunc acrius hominem inseditur. Unde in forma Ecclesiae Mediolanensis & Venetae, articulo praecedenti relata: Unctio exprimitur ille effectus: in ea enim sic dicitur: Unctio te oleo sanctificante, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more militis uncti preparatus ad certamen, aereas possit superare potestates. Unctio etiam olei, quae est materia huius Sacramenti, recte significat luctum & certamen hominis moribandi cum demonibus; cum oleum Attollet oleo ungerentur, ut ad luctum & certamen se prepararent. Item sicut homines ex praeterita infirmitate languentes; unctio aliqua pretiosa liniuntur, ut omnia membra

membra & nervi consolidentur & roborentur; sic oleum sanctum illis qui ob peccata praeterita debilitatem sentiunt, adhibetur, ad significandam gratiam, quae ad similes spirituales effectus illis conferetur.

S. II.

Solvuntur objectiones.

11. Obijcies primo contra primam conclusionem: In eo consistit essentialiter effectus magis principalis Sacramenti Extreme Unctionis, quod Trident. assignat tamquam effectum speciale & ipsi proprium: Sed Trident. assignat pro effectu speciali & proprio Sacramenti Extreme Unctionis remissionem peccatorum ex inadvertentia in confessione ultima omissorum, aut post illam & Viatici suspensionem commissorum, triputat enim et tamquam proprium, ut abstergat delicta, si qua sint, inquit, adhuc expianda. Similiter D. Jacobus inter proprios & speciales huius Sacramenti effectus remissionem peccatorum numerat, ut patet ex illis verbis: Ex si in peccatis sit, remittitur ei: Ergo remissio peccatorum ex inadvertentia in confessione ultima omissorum, aut post illam & Viatici suspensionem commissorum, est proprius huius Sacramenti effectus.

12. Confirmatur: Omnia Sacramenta eo tendunt, ut hominem promoveant ad suum finem consequendum, subindeque ut aliquid obstatulum removeant, quod ipsum potest ab ejus consecutione impedire: sic Baptismus tollit obstatulum peccati originalis; Confirmatio Christiani militis imbecillitatem, ne in defensione vere fidelis coram hostibus succumbat; Eucharistia carnalis concupiscentiae ardorem, ne spirituales vitam gratiae extinguat; Ordo indoctorum ministrorum egestatem, ne eorum penuria fideles patientur; Matrimonium difficultates, quae inter conjuges occurrere solent: Sed fieri potest, ut infirmus, post confessionem & communionem, in peccatum mortale incidat, & tamen ignoret se illi esse obnoxium, & consequenter non possit illud nova conscientia explicare: potest etiam accidere, ut confessionem & communionem non rite peregerit, & tamen hoc ipsum etiam ignoret: Ergo ad Christi clementiam & providentiam pertinet, aliquid Sacramentum instituire, quo infirmus in illis casibus justificari possit, & illorum peccatorum remissionem consequi, quod non potest esse aliud quam Sacramentum Extreme Unctionis, quod praecipue propter huiusmodi casus extraordinarios videtur institutum.

Confirmatur amplius: Proprium huius Sacramenti est, ut Conscilia desolant, & Theologi omnes admittant, peccatorum reliquias abstergere: Sed nulla sententia melius ac probabilis reliquias peccatorum explicat, quam illa quae docet Sacramentum Extreme Unctionis per se primo fuisse institutum ad tollenda praedicta peccata ex aliis Sacramentis relicta, quorum virtute vel non fuerunt remissa, vel non potuerunt remitti, quia reliquiae, inquit Amicus, debent esse ejusdem rationis cum iis quorum sunt reliquiae; nam si sunt diversae rationis, non tam dicuntur reliquiae, quam effectus vel excrementa; non enim calor a luce relictus, dicitur lucis reliquia, sed effectus; nec furtus ex farina relicti, proprie dicuntur farinae reliquiae, sed excrementum: Ergo praedicta sententia verior & probabilior videtur.

13. Ad objectionem respondeo, concessa Majori, negando Minorem, & probationem illi subjunctam: Tridentinum enim dicit: Delicta si qua sunt adhuc expianda, & peccati reliquias abstergit: cuius propositionis sensus est, hoc Sacramentum habere duplicem effectum, unum communem sibi & aliis Sacramentis vivorum, atque adeo per accidens tantum, videlicet expiare peccata, si qua sint, alium vero proprium sibi, nimirum abstergere reliquias peccatorum. Similiter D. Jacobus, cum de remissione peccatorum conditionaliter loquitur, dicens, si in peccatis sit, remittitur ei, hoc modo loquendi innotuit remissionem peccatorum non esse effectum per se, sed tantum per accidens huius Sacramenti. Unde

14. Ad primam confirmationem dicendum, quod cum praedicti casus raro contingant, sufficit quod Extreme Unctio per accidens tunc illa peccata remittat. Quare falsum est quod ait Suarez, proprium esse huic Sacramento remittere peccata, non quidem per se primo, sicut convenit Baptismo & Penitentiae, sed per se secundo. Sacramentum enim vivorum, quale est apud omnes Sacramentum Extreme Unctionis, non tribuit neque per se primo, neque per se secundo, sed tantum per accidens primam gratiam: Ergo neque per se primo, neque per se secundo, sed per accidens tantum remittit peccatum.

Ad secundam confirmationem, nego Minorem: ut enim in secunda probatione prima conclusio declaravimus, ut aliquid proprie dicatur reliquia alterius, debet esse ejus pars, vel effectus, quod non convenit peccatis ab infirmo post confessionem & Viatici suspensionem commif-

lis, respectu peccatorum praecedentium, cum quibus passissime nullam habent affinitatem vel connexionem. Falsum etiam est quod reliquiae semper debeant esse ejusdem rationis & speciei cum iis quorum sunt reliquiae, ut ait Amicus; languor enim, debilitas, pallor, & macies, quae ex aegritudine relinquuntur, morbi reliquiae proprie appellantur, & tamen non sunt morbus, sed tantum morbi effectus. Similiter concupiscentia seu fomes peccati, propterea ad malum, & difficultas ad bonum, dicuntur peccati originalis reliquiae, licet non sint peccata, sed dumtaxat peccati originalis effectus.

Obijcies secundo contra secundam conclusionem: Cum detur Sacramentum habens pro suo effectu magis principali remissionem peccati originalis, nempe Baptismus, & aliud cujus effectus primarius est remissio peccati mortalis actualis, nimirum penitentia, debet insuper tertium assignari Sacramentum, cujus effectus magis principalis consistat essentialiter in remissione peccatorum venialium, ut sic nullum sit peccati genus quod non habeat in sui remedium proprium Sacramentum per se institutum: Sed nullum aliud est assignabile Sacramentum praeter Extreme Unctionem, cujus effectus magis principalis consistat in remissione venialium: Ergo illorum remissio est proprius ac principalis effectus huius Sacramenti.

Respondent aliqui, negando Minorem: cum enim peccatum veniale, inquit, sit tantum secundum quid peccatum, nullum petit Sacramentum per se primo institutum in sui remedium, sed solum aliqua Sacramentalia, per quae ex opere operato remittuntur. Sed melius respondeatur, data Majori, negando Minorem; nam idem penitentiam Sacramentum, quod institutum est ad remittenda mortalia post Baptisum commissa, etiam institutum est ad remittenda venialia; unde tam bene peccata venialia sunt materia remota Sacramenti penitentiae, quam mortalia, cum eo solum differant, quod mortalia sunt materia necessaria, venialia vero materia libera, quia per Sacramentalia, alique remedia expiari possunt.

Obijcies tertio contra tertiam conclusionem: Cum Sacramentum id efficiat quod significat, & significatio maxime per formam exprimitur, in eo consistit essentialiter effectus magis principalis Extreme Unctionis, quod ejus forma significat: Sed forma huius Sacramenti non significat collationem auxiliorum contra debilitatem & languorem ad bene operandum in infirmo ex peccatis praecedentibus relicto, vel contra demonum tentationes quibus in fine vitae vehementius inselantur, sed tantum remissionem peccatorum, ut patet ex verbis illis: Indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti, &c. Ergo effectus proprius & principalis huius Sacramenti, est remittere peccata venialia, aut mortalia oblita vel inculpabiliter ignorata, non vero conferre specialia auxilia, quibus infirmus contra praedictum languorem & demonis tentationes roboretur.

Confirmatur: D. Jacobus explicans effectum huius Sacramenti, nihil dicit de illis auxiliis, sed tantum de remissione peccatorum, ait enim: Si in peccatis fueris, remittitur ei: Ergo effectus proprius & magis praecipuus, quem haud dubie non tacuit, consistit essentialiter in illa remissione, non vero in salium auxiliorum collatione.

Ad objectionem respondeo primo, retorquendo argumentum in Adversarii, nam in forma Ecclesiae Mediolanensis & Venetae, articulo praecedenti relata, nulla fit mentio de remissionibus peccatorum, sed tantum de praedictis auxiliis; sic enim in ea habetur: Unge te oleo sanctificante, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, ut more militis uncti preparatus ad certamen, aereas possit superare potestates.

Respondeo secundo, negando Minorem, & ad illius probationem dico, nomen causae interdum significare effectum, eo quod virtualiter ipsum continet: unde sicut ad Rom. 7. Apostolus fomite ex peccato originali relicto appellat peccatum; & a Mach. 12. poena temporalis peccatis existentium in purgatorio debita, dicitur similiter peccatum, ut a peccatis solvantur: ita etiam in forma Sacramenti Extreme Unctionis, cum dicitur, Quisquid deliquisti &c. nomen delicti significat reliquias peccatorum, sive languorem & debilitatem animae circa exercitium virtutis, causatum praesertim ex delictis praecedentibus.

Ad confirmationem; nego Antecedens, dicit enim D. Jacobus ante verba citata, & alleviabit eum Dominus, graece confortabit, seu excitabit eum, quod certe satis exprimit remedium contra languorem & debilitatem spirituales infirmi.

Dices: Languor & debilitas animae ad operandum bonum, causatus ex peccatis, non solum existit durante infirmitate, sed etiam durante sanitate, aliunde vero sani magis tenentur ad operandum bonum, quam infirmi: Ergo si effectus magis principalis Extreme Unctionis esset collatio auxiliorum contra illum languorem, potius deberet ministrari sanis, quam infirmis.

Respon-

Respondet, concessio Antecedente, negando Consequen-

§. III.

Corollaria usque digna.

EX dictis colliges primo, proprium esse Sacramenti

Colliges secundo, hoc Sacramentum non producere suum

Colliges tertio, quod sicut in aliis Sacramentis tria

Colliges quarto, hoc Sacramentum, prater gratiam

Patet hoc corollarium, tum ex verbis illis Jacobi:

Idem docet D. Thom. hic quest. 30. artic. 2. ubi sic

Addo quod operatio Ecclesie habet majorem effectum

Dices cum Secoto: Si toties sanaretur corporaliter

Confirmatur: Sanitas corporalis, quantumcumque

Ad instantiam respondeo, negando sequelam Majoris

DISPUTATIO III.

De subiecto & ministro hujus Sacramenti.

AD complementum hujus Tractatus duo tantum

ARTICULUS I.

Quoniam sit subiectum capax recipiendi hoc

ICO primo: Sola baptizati, adulti, & infirmi, sunt

Secunda etiam videtur certa, & docetur communiter

Prima pars patet, quia Baptismus est janua ad reliqua

Neque

Neque singulari Majoris opinio fayer quod ait D.

Quod diximus de pueris, asserendum etiam est de amen-

Tertia denique pars, qua asserit, hoc Sacramentum

Dices cum Secoto: Si toties sanaretur corporaliter

Esti vero hoc Sacramentum non imprimat caracte-

Hec sunt certa & indubitata fere apud omnes Theo-

faveatque huic sententia D. Thomas loco supra citato,

Dico secundo: Si daretur adultis, qui sicut B. Virgo

Probatur primo ratione quam insinuat D. Thomas hic

Probatur secundo: Sacramentum Extreme-Unionis ex

Hac ratione utitur Suarez disput. 41. sect. 1. num. 2.

Probatur tertio: Illi non potest valide administrari

Respondet Suarez, negando Minorem, quia forma

Sed contra: Licet verba Jacobi sint condicionalia,

Obijcies primo: Qui non habet peccatum originale,

Respondet, concessio Antecedente, negando consequen-

Dices;